

patruo, filii fratris vel sororis. ¶ Qui syndici et consciliarii sic electi et confirmati accipere debeant unum notarium qui syndicare non debeat, qui notarius habere debeat et habeat pro suo salario de camera comunis gross. duodecim tantum; 5 et stare debeant dicti syndici et consciliarii cum eorum notario per quindecim dies in dicto officio syndicus, et quando-cunque dicti consciliarii fuerint requisiti per dictos syndicos, venire debeant, sub pena centum sold. pro quolibet. ¶ Quibus syndicis consciliariis et notario eorum non preiudicet aliquod 10 offitium quod habuissent, de quo syndicare non deberent, vel in posterum habere possent. ¶ Qui vero syndici et consciliarii iurabunt ad sancta Dei evangelia tactis scripturis syndicare potestatem vel vicarium loco potestatis, vicarium¹⁾ sive iudices potestatis, milites et familiam et quemlibet ipsorum, iudices 15 vel rectores civitatis Tergesti et offitiales quoscunque de hiis que fraude remota sciverint fecisse indebite, tam contra comune seu contra formam statutorum civitatis Tergesti quam contra quamlibet aliam personam, per medium annum, vel tanto tempore plus quanto stetissent ad regimen civitatis Tergesti ultra dictum medium annum, in condemnationibus senti- 20 tentiis seu alio quocunque modo contra statuta et ordinamenta civitatis Tergesti, etiam si dominus // potestas vel vicarius 72 A loco potestatis condemnaverit aliquam personam plus vel minus quam in statutis vel alliis ordinamentis contineatur. 25 ¶ Item facere proclamari per²⁾ preconem comunis super scalis pallacii comunis et fieri tres cridas quod, si qua persona vult porrigere libellum seu conqueri de domino potestate vicario vel milite aut familia ipsorum, comparere debeat coram ipsis syndicis et consciliariis ad terminum seu terminos in dictis 30 cridis contentum. ¶ Et si qua persona comparuerit in aliqua ipsarum cridarum et libellum porrexerit contra predictos [vel] aliquem ipsorum, tunc talem personam audire, et statuere terminum vel terminos utrique parti ad iura eorum producendum probandum et ostendendum quicquid voluerint. ¶ Et ipsi syn-

¹⁾ *vicarium - potestatis* aggiunta marginale. ²⁾ *per - comunis* aggiunta marginale.